



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

Pars I. De Testamentis, Codicillis, & ultimis voluntatibus. Pars II. De
Hærede, & Hæreditate. Pars III. De Legitima Trebellianica, & aliis
Detractionibus

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. LXXIII. Discursus generalis. An, & quæ conditiones per testatorem, in
testamento, vel alia ultima voluntate adjectæ, respicientes aliquid à jure
prohibitum, putà restrictionem libertatis ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74043](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74043)

DISCURSUS LXXXII.

149

remotoris habilis; Et tamen ejus ius, per hujusmodi dispensationem colliguntur non dicitur, quoniam dispositio principaliter directa non est ad præjudicandum subtilitudo, vel ulteriori vocato, sed ad habilitandum illum, qui primo vocatus est habilis, nisi pateretur inabilitatem ab ipsa lege positiva inducata, juxta ea qua circa legitimatem illius, ad effectum succedendi in fideicommissis, habentur sub it. de fideicom. disc. 68. & 69. Et de habilitatione clericorum succedenti in feidis, cum similibus, habetur plenè deductum sub it. de Regal. discr. 48. ubi generaliter agitur de potestate Principis tollendi ius tertii.

Vt enim in finatur supra disc. I. & plenius sub it. de fideicom. disc. 141. ac pluries sub it. defend. ad materiam Bulla Baron. præsertim disc. 89. Verius est, ut testandi facultas, quidquid aliqui puri legi dicant, non proveniat à iure naturali, vel genere, unde sed à benignitate legis positivæ, qua ita per modum loquendi dicit, ut hæc potestas manat à iure naturæ, nam huic potius adversari videtur dispositio collata in tempus inhabile, quando per mortem quis annihiliatus est, atque non est amplius bonorum dominus.

Fortius vero ubi non de prima, ac directa, sed de secunda fideicommissaria dispositione agatur, quoniam eodem iure positivo attento, ita non erat obligatoria usque ad tempora Augusti, qui illam, quam hodiæ habemus necessitatem, ac obligacionem induxit; id coque nil prohibet Principi tollendi, quod alter Princeps eius prædecessor statuit, ut frequens omnium Principatum praxis docet, in derogationibus fideicommissorum, ac facultatis alienandi, vel obligandi bona fideicommissis, ac majoribus subiecta, ut pluries in dicta sua materia sub it. de fideicom. ac etiam dicto it. defend ad materiam Bulla Baron.

De potestate autem Papæ commutandi dictam voluntatem, nefas est dubitare ad text. in clem. quia contingit de religio dom. Canonista communiter in cap. nos quidem de testam. Monet. de commutat. cap. 5. Gratian. discr. 458. nn. 4. Rot. apud Buratt. dees. 583. num. 1. Comen. barediatis 26. lunii 1647. coram Molto; Si enim ut supra, id cuicunque supremo Principi habenti potestatem derogandilegi positivæ conceditur; Multò magis Papæ, qui est omnium Principum primus, ac major, & cuius peculiaris potestatis (aliis Principibus denegata), consilere videtur circa plias dispositiones, quibus directè derogetur, vel circa bona, vel jura ecclesiastica cum de his inter Catholicos, solus Papadisponendi facultatem habeat.

Multò vero magis, ubi (ut in præfanti) non sit omnino derrogatio, per quam dotaliter detruiatur testatoris voluntas, sed potius commutatio de uno instituto ad alterum, in eodem genere vita celibis ecclesiastica, per testatrixem desiderata, unde firma remanet substantia voluntatis, atque alteratio est circa modum, seu accidens; Eo modo quo habemus in commutationibus priorum operum, quoniam substantia dispositionis consistit in ipsa pietate in genere, per quam bona erogari dicuntur erga Deum, ac pro salute animæ, unus autem, vel alter modus, potius importat accidens.

Potissimum vero ubi accedit iulta causa, quam verius est apud forenses, ut præcisæ necessaria non sit, ex deducis dicto discr. 148 de Regal. quoniam cum it. a testatrixe demandatus cauaret grave præiudicium instituti ab eadilecti, ob inabilitatem succedendi in feidis paternis, ad id quod probabile est, ipsam testatrixem tanquam mulierem huiusmodi legum ignaram non cogitasse, quod-

quis si cogitasset, ita non disponuisse; Hinc proinde ista dicitur potius interpretatione, vel suppletio omisso voluntatis, qua etiam iudicibus, ac inferioribus magistratibus conceditur, ex dispositione, vel ratione tex. in l. cum avus ff. de conditi. & demonstr. & l. cum acutissimi Cod. de fideicom. cum concordan. de quibus plures in dicta sua materia sub tit. de fideicom. præsertim disc. 115. Et conferunt quæ eodem tit. habentur disc. 7. & in aliis, super celante incompatibilitate obtinendi alterum pinguis fideicommissum, vel maioratum, ob verisimiliter assistenter testatoris voluntatem, cum similibus; Vnde propteræ est potius interpretari, vel supplerre, quam commutare, vel derogare.

DISCURSUS GENERALIS.

An, & quæ conditiones per testatorem, in testamento, vel alia ultima voluntate adjectæ respicientes, aliquid à jure prohibitum, quæ restrictionem libertatis matrimonii, vel quid simile videntur, vel viuent.

S U M M A R I U M.

- 1 **A**gitur solum de conditionibus responsivebibus matrimonium, vel viduitatem per ultimam voluntatem.
- 2 In contractibus conditio impossibilis, vel illicita viat dispositionem, & non vitiat, etiam si agitur de conditione prohibitive nuptiarum.
- 3 Sed aliqui distinguunt inter conditionem, ac patrum, ut conditio vitiet, sed pactum vitiatur.
- 4 Conditio adjecta in donatione de non nubendo, nisi de consensu, & licentia donatoris valet, & est servanda.
- 5 In ultimis voluntatibus conditio nuptiarum prohibuita tanquam industriva viduitatis rejetatur, & habetur pro non scripta.
- 6 Apellatione ultima voluntatis veniant contritus, qui in facto esse illam important, prout est donation causa moris.
- 7 Principalis conclusio de reprobanda dicta conditione procedit etiam sitacite, & virtualiter adjecta est.
- 8 Declarat ut procedat, ubi generaliter viduita rem inducit, nec habet alium honestum finem, scilicet ut habet finem honestum, vel rationabilem, & conditio ad certum tempus, locum, & personas est restricta.
- 9 Dicitur finis honestus testator prohibeat nuptias carnales, quia spirituales, vel vitam celibem desideret.
- 10 Quid dicendum sit in dubio, ubi nempe disponens hunc meliorem finem non expressit, & resolutior illum subintelligit pro servanda conditione.
- 11 Hinc rarus est casus, in quo ista conditio tanquam solo irrationali odio nuptiarum adjecta corrut.
- 12 Et propteræ quæstiones in ista materia super hujusmodi conditionum validitatem, potius pertinet libertatem matrimonii, & dispositionem.

De LUCA
de
testamentis
et cat.
GVI
9

DE TESTAMENTIS.

- nem juris canonici, quām prohibitionem juris
civilis deindīcta viduitate.
- 13 Non agitur hic de aliis concernentibus naturam
viduitatis, quia si presupponimus dispositionem
esse pro dote ista, supponit matrimonium carna-
le, vel spirituale; Unde nostra inspectio est circa
conditionem, unum, vel alterum matrimonii
um respicientem.
- 14 Circa quatuor versantur hujusmodi condicio-
nes, nempe circa tempus, locum, personas, &
modum.
- 15 Tempus distinguitur inter certum, & incertum,
& conditione collata in tempus incertum non vi-
tiatur, sed est valida putā fidei inquitur puerla
dos sub conditione, si de tempore mortis testa-
toris reperiatur innupta.
- 16 Quid ubi dispositio collata est ad tempus post mor-
tem testatoris, sed agitur de dispositione generali
ad favorem mulierem qua erunt innuptae in
genere.
- 17 Sicut valent leges concedentes privilegia innup-
tis, negantes autem nuptias, ita valere debent
dispositiones vocantes innuptas, & excludentes
nuptias.
- 18 Quid ubi agitur de dispositione ad favorem cer-
tae personae, sub conditione si reperiatur innupta
tempore mortis testatoris, vel tempore mortis
alterius.
- 19 Tempus certum quale sit, explicatur, & agitur de
conditione nuptiarum affirmativa, vel negati-
va ad certum tempus, sc̄a certam etatem re-
stricta, num valeat, vel sperni possit, & qua di-
catur etas congrua.
- 20 Conditione affirmativa, vel negativa de nubendo,
vel non nubendo in certa Civitate, provincia,
regione, vel loco, an valeat, & quando.
- 21 De conditione affirmativa, vel negativa nubendi
cum certa persona, vel cum certo genere per-
sonarum, an valeat, datur distinctione num sit per
viam conditionis invitativa ad lucrum, vel per
viam poena.
- 22 Quando dispositio dicatur induciva poena, vel
invitativa ad lucrum referuntur plures opin-
iones.
- 23 Filius excepta legitima nullum jus habet conside-
rabile in bonis patris morientis, imò nec respe-
ctu legitimi in bonis patris viventis.
- 24 Consilentes dannabiles apud Iudices, boni aurem
pro instructione Advocatorum.
- 25 Non omne, quod continetur in decisionibus, dicitur
deciso.
- 26 Advocatis, & Consilientibus licitum est data ju-
stitia causa deducere motivaparum tutapro
Iudicibus imperitis, qui non cognoscunt motiva
bona, & solida.
- 27 Datur temperamentum in materia, num condi-
cio continet ponam, vel invitationem lucri,
distinguendo, an quod anferitur non imple-
nit conditionem, applicetur alteri, per quem im-
pleatur finis a testatore desideratus.
- 28 An favor causa pia sublineat conditionem vidui-
tatis, vel ponam contra matrimonij liberta-
tem adjectam.
- 29 De Statutis prohibentibus, vel demandantibus
nuptias cum certo genere personarum, an va-
leant plene.
- 30 An data validitate Statuti excusat nuptia alias
contra dicta de paterno ius.
- 31 De legibus, & Statutis inducentibus certum
modum in nuptiis adhibendum, putā nu-
bendi cum consensu parentum, vel propin-
- quorum, vel sine illo non nubendi, an va-
leant.
- 32 Dispositio hominis de dotibus prestandis puellis
servantibus in nuptiis certum modum putā,
nubentibus cum licentia, vel consensu alij, quoniam
modo valeat, & quando dicta conditio sper-
ni posuit.
- 33 Et illo de cuius consensu nuptia sunt contrahenda,
injuste consensum regante, vel alias impedito,
Index Supplet, quod declaratur non proce-
dere conditione adiecta per contractum.
- 34 Ubi alicius consensus in nuptiis, aab:ben-
dus prescribitur, intelligitur de nuptiis car-
nalibus, non autem de spiritualibus, de
quibus tunc non censetur disponentem co-
guasse.
- 35 Ubi modus, locus, vel tempus nuptiis adiicitur per
viam conditionis, procedere debet implemen-
tum, ut obtineatur dispositionis emolumen-
tum, sed ubi per viam modi obtinetur emolumen-
tum, ac sufficit non contravenire, datur exem-
plum de fideicommisso relatio feminis, dum
modo nubant in familia.
- 36 Ex duabus conditionibus non sufficit una impleri,
& si una sit reproba, aab:nu: servanda est altera,
& si relecta conditione circa modum nuptiarum,
aab: implenda est conditio circa ipsas
nuptias.
- 37 In casu, quo conditiones hujusmodi valeant, & ser-
vari debeant, datur contravenienti restitutio in
integrum ex capite ignorantia, minoris etatis,
reverentia, quod tamen impugnat.
- 38 Restitutio in integrum non datur cum prejudio
tertii. & ideo fortius ista limitatio non intrat,
ubi adeo particularis substitutus, maxime si
est in eadem causadoris.
- 39 Ubi conditions continent aliquam indignitatem,
rejeiciuntur, ac sperni licet possunt.
- 40 Plene & singulariter declaratur, quando conditio
continet indignitatem, & quando in aquales
nuptiae dicuntur indigna & quando non.
- 41 Conditione, vel praeceptum de nubendo cum consan-
guineo, vel affine in gradu prohibito, an causet
indignitatem ita ut sperni valeat.
- 42 Cessat item onus impledidi etas conditions, vel
praecepta accidente Principis dispensatione.
- 43 Quidubi impedimentum provenit ex parte alterius
personae, cum qua implemenum sequi debet,
quia decedat, recusat, inhabilitetur, vel ali-
as mutet statum remissive.

DISC. LXXXIII.

Agitur in hoc discursu, de conditionibus
circā prohibita præfertim circa
matrimonium adiectis per ultimam
voluntatem, an vitient, vel vitietur, quo-
niam in adiectis per contractum indefi-
nitè, verius est ut vitient dispositionem, nisi seruen-
tur, cum in contractibus urgeat ratio individuæ,
voluntatis, neque intrat illa benigna interpretatio
qua intrat in ultimis voluntatibus, ex eventu simili
subintellecta defuncti voluntate, ut conditionem
potius vitiari voluerit, ut cateris relatis Sanchez de
matrimon. lib. 1. disp. 34. num. 2. Guitier, eodem tr. 2.
cap. 21. num. 1. Ri. c. ad Tiraquell. privil. pia causa 18.
Bof. de matrimon. cap. II. num. 562. & alii commu-
niter per text. in l. non solum ff. de action. & obliga-
tion. & si impossibili in fut. de iniur. stipulat. & in his
terminis Cancer. lib. 2. variar. cap. 7. num. 27. & seq.
ubi distinguit inter conditionem, & pactum, ut
quo-

3 quoties viduitas apponatur per viam conditionis, vittere contractum, secus antem si per viam pacti, ut tunc illud vitiatur; Ad quod consideranda venit distinctio de pactis respondentibus substantiis, vel accidentalia contractus, ut prima videntur, secunda videntur, juxta communem distinctionem in feudalibus, censuibus, & similibus materiis passim admisimus, ut in suis materiis, Et de conditione ad eam donatione non nubendi nisi de consensu, vel arbitrio donoris, ut sit servanda Rota decr. 443 par. 1. diversorum Greg. decr. 117. num. 1.

In ultimis autem voluntatibus constituenda est conclusio, ut conditio, qua nuptiarum prohibitia sit, tanquam impossibilis, ac reprobata, viciet, proindeque illa spreta dispositio executioni demandanda sit, perinde, ac si nunquam esset apposita ad rex. exp. s. l. quoties, & l. cum tale §. Moevia, & §. s. arbitraff. de condit. & demonstrat. cum concordan per Acoftam in dicta §. si arbitratu. imprime. Sanchez. dicta disp. 34. nu. 8. Altograd. conf. 77. num. 1. vol. 2. cum aliis de quibus sub tit. de fideicommiss. disp. 44.

Sub ultimis autem voluntatibus, videntur etiam contractus, qui licet in fieri sint tales, attamen in facto esse redolent ultimam voluntatem, ut est donatio causa mortis, ut per Sanchez. dicta disp. 34. num. 3. & Bosfum de matrimonio d. cap. 11. num. 56. alios.

Istaque conclusio procedit, sive conditio sit expressa, & talis, quod ex ea directe viduitas resulteret, sive etiam tacite, atque sub alio colore concepta sit, ex qua indirecte idem effectus oriatur, ex late in materia congettis, sicut iudicium meo in casu suo non applicabilibus, per Altograd. d. conf. 77. scribens in casu de quo d. disp. 44. de fideicommiss.

Eaverò recipienda est, quoties conditio respicit substantiam nuptiarum, atque inducat generaliter viduitatem, tam respectu temporis quam personarum, ac locorum, atque in ea consideretur solum irrationabile impedimentum matrimonii; Secus autem, ubi alium honestum, ac rationabilem finem conditio habeat, vel ad certum tempus, seu locum, aut personas restricta sit, ut compendiosè, sed satis bene, Gomez tom. 1. variar. cap. 12. num. 78. & firmant alii communiter, præsertim Acoftamb. supra limitat. 1. 12. & seqq. Sanchez. d. disp. 34. nu. 29. & seqq. & alii inferius deducendi; Ideoque tota vis presentis inspectionis versatur in dignoscendo, quemad dicatur honesta ratio, vel justa restrictio, ger quam conditio substineatur, cum ab iis, quae de nuptiis habentur, ad alia inferri possit.

Honestus finis, vel rationabilis conditio dicitur, ubi testator ponat sub conditione negativa nuptias carnales, eo quia spirituales cupiat, ob meliorem statum virginalem. Peregrin. de fideicommiss. art. 28. num. 42. Sanchez. d. disput. 34. nu. 15. Capo. Latr. consult. 149. num. 32. & seqq. Bosf. d. cap. 11. num. 640. & 644.

Et converso, si sub eadem conditione, tacita, vel expressa, ponat spirituales, quia cupiat carnales, ob familię propagationem, vel Republica beneficium, idem dicendum est. Atque id hodie utroque casu est in foro planum, non obstante Moralium contradictione, quoties huiusmodi melior finis explicitur a disponente, vel etiam ex conjecturis deducatur, ut sub tit. de doce. 12. & seqq. & alibi, ut infra.

Hunc autem finem sufficit versari circa celibatum, etiam si vita religiosa in aliquo Monasterio non injungatur, quia nempe testator injungat cælibem vitam domi, assumendo habitum biguinæ, vel

tertiaria, qui honestus, ac tutus in regione reputatur, ut apud Capo. Latr. consult. 149. num. 41.

Dificultas enim est, ubi dispositio est simpliciter prohibitiva nuptiarum alia ratione non deducta, putà quia testator dicat, lego Titus mille, si non nubet; Et tunc si in legato fiat mentio dotis, dum hic terminus non datur, nisi dato matrimonio carnali, vel spirituali (cum pro utroque ex communi usu dos sit moraliter necessaria), hinc proinde ad evitandam in disponente fatuitatem, vel contrarietatem, clara oriri videtur conjectura, ut prohibuerit nuptias carnales, quia desideraverit spirituales, ob quas etiam dos requiritur, unde propterè honestior finis tacitè ita explicatus videatur; Si vero legatum sit simpliciter sub dicta conditione conceputum, tunc dicendum videtur ex iam dicta principali conclusione, ut conditio tanquam viduitatis induciva reprobetur; Atque cum ista lectura videntur omnes pertransire, adeò ut Bosfum ubi supra, improbat Pontium sententem, quod hodiè de jure canonico, ob calibatus meliorem statum, talis conditio substineatur.

Mihi autem videtur, quod ubi conditio est simpliciter negativa nuptiarum carnalium, atque expressè, vel conjecturaliter non constet, ut id emanaverit odio dictarum nuptiarum, tunc in dubio conditio substineatur, quoniam cum dispositio possit quæ se habere ad bonum, & malum, nempe ad honestiorem finem nuptiarum spiritualium, vel ad odium matrimonii, hinc proinde in dubio capienda est interpretatione in bonum pro exclusione delicti; Ut ultra regulas generales, in his præcisis terminis recte probatur, ex deducitis sub tit. de doce. 12. & seqq. & sub tit. de fideic. d. c. 63. & seqq. ubi firmatum est, ut dispositio exclusiva profitentium religionem, vel celibatum, nisi constet, quod odio religionis remanaverit, substineatur quoniam in dubio præsumendum est, ut, non odio celibatus, sed favore matrimonii facta sit, ita ex omni ratione à pari dicendum est, ut dispositio exclusiva eligentium vitæ matrimonii carnalis, in dubio censeri debeat facta, non odio matrimonii, sed favore melioris vite religiosa, vel casta; Nulla siquidem inter unum casum, & alterum dignosci videtur differentia; Quinimò favorabilior tanquam perfectior est status religionis, ac calibatus; Atque in hunc sensum capiendum est Ponius lib. 3. cap. 6. num. 12.

Dicendum etenim non est, ut dispositio juris civilis ita generice correcta sit à jure canonico, sed tantum quod ab isto reputatus fuerit melior calibatus à jure civili non approbatus; Ideoque non cester regula super improba conditione viduitatis, sed tunc demum procedat, quando constet, quod odio matrimonii emanasset non autem ubi, vel ratio melioris finis est expressa, vel sumus in dubio, in quo præsumptio in bonum est capienda; Ista sententia videtur verior, quoties tenenda sit altera opinio contra Morales, i. foro magis recepta, ut dispositio exclusiva vita religiosa, in dubio præsumatur habere honestum finem matrimonii carnalis, quoniam idem è converso recte dici potest; Qui verò negant istam, negare poterunt illam, cum eadem ratio pariformiter militet in utroque casu.

Recento igitur hoc principio; Exinde resultat, ut raro, vel nunquam hujusmodi conditio, unius, vel alterius generis nuptiarum exclusiva, rejecienda venia, cum non de facilis reperiantur homines ita bestiales, ut ex solo irrationabili odio, ad ita disponendum impellantur, nisi prohibitiō utrumque

De LUCA
de
testamentis
etc.
GVI
9

Statum maritagiū, ac cælibatus spiritualis continet, quoniam tunc dicitur irrationalibilis, atque cœf-
sat ea p̄aſumption, quæ in uno genere ſuprafir-
matur.

Hinc proinde major difficultas hodiè nō eſt circa
conditiones negativas, vel affirmativas, recipien-
tes ſubſtantiam unius vel alterius matrimonii, ſed
eſt circa recipientes qualitatēs, & accidētia, quia
nemp̄ teſtator non prohibuerit nuptias, ſed illis
p̄aſcripterit certum tempus, vel locum, aut mo-
dum, adeo ut talis conditio libertati matrimonii
p̄aſjudicaret videatur; Iſtoque caſu conditionis
irratio nō oritur amplius ex diſpoſitione
Juriſ civilis de iudicata viduitate &c. ſed ex illa ju-
riſ canonici, & Sacri Concilii Tridentini pro matri-
monii libertate emanata; Ideoque ſuperfluum, at-
que extraneum videtur agere generice de condi-
tione viduitatis, quoniam li p̄aſupponimus traſta-
ri diſpoſitione pro dote, iſta de neceſſitate p̄aſ-
ſupponit matrimonium carnale vel ſpirituale, quod
eſt prohibita viduitati oppofitum; Ac propterā
confuſionē de aliis conditionem ſcū materiam vidui-
tatis concernebantibus non traſtari, de quibus con-
ſuli poſſunt Sanch. Pontius, Gutier. & Boffius in
corum traſtat. de matrimonio locis allegatis, ac etiam
habetur ſub tit. de fideicommiss. diſc. 44.

Circa quatuor igitur versari ſolent hujiſmodi
conditiones, nemp̄ circā tempus, locum, personas,
& modum; Tempus autem ſubdiſtinguitur in incer-
tum & certum; Incertum eſt illud quod pendet
14 a caſu ideoque incertum ac dubium eſt, an & quan-
doſiſt extitutur; Puta ſi teſtator relinquat Mœ-
vix mille pro dote ſi de tempore mortis iſp̄ ſi re-
periatur innupta, hoc enim tanquam incertum, ac
eventuale, nec prohibitan conditionem viduita-
tis, nec matrimonii p̄aſjudicium continet, ut recte
advertis Acoſta in diſc. §. ſi arbitratu limit. 7. num.
1. & ſeqq. ſequuntur Sanchez. diſt. lib. 1. diſput. 3. 4. num.
37. Atque me alias motivante in eadem caſa, in
qua emanavit diſtum Conf. Altogradi 77. iſp̄ ad-
mitit ideoque talis conditio recte ſubſtituetur ut
d. diſc. 4. 4. de fideicommiss.

Et quamvis conetur evitare conclusionem, di-
ſtinguendo inter diſpoſitionem effeſtum habitu-
ram poſt mortem iſp̄ ſi teſtatoris, quæ omnino
incerta reputatur, quoniam uſque ad ultimum ſpi-
ritum eſt revocabiliſ; Et alteram habituram effeſtum
certum irrevocabiliſ poſt mortem tertii, ut
erat in caſu, in quo teſtator defiſientibus aliquibus
ſubſtituit foeminas quæ reperiuntur innupta; Ni-
hilominus haec diſtinctio nullo paſto recipienda
eſt, cum nullum habeat fomentum rationis, atque
in Rota certe non fuſſet recepta, ſi contigiliter diſ-
putari caſam, quæ ob funeſtissimum accidenſ,
abſque decisione ſopita fuſt; Nedum quia ſemper
vera eſt eadem ratio incertitudinis, ac eventua-
litatis, per quam conditio noua reputatur p̄aſjudicialis,
cum poſſit non evenire; Sed etiam quia diſpoſitio
rationabilitatem habere videtur, quia nemp̄ vo-
luerit teſtator foliſi innuptis provideſ tanquam in
ſtatu miſerabilis exiſtentibus atque hujiſmodi ſu-
bidiis juxta communiter accidentia indigentibus,
non autem nuptis, quæ ſunt iam proviſe.

Ideoque Dispoſitio non videtur continere ir-
rationabile impedimentum matrimonii, ſed potius
rationabile cœſt. tionem caſa legandi juxta ma-
gistralem diſtinctionem Oldradi conf. 62. num. 2.
quam ſequuntur Alberic. Bald. Cuman. Belvſi. &
aliv. relati per Acoſta. ubi ſupra limit. 9. num. 5. in fine;
Idque verum perſertim ubi, ut in eo caſu, diſpoſi-
tio non eſt ad favorem certæ personæ, ſed foemina-

rum in genere, quæ reperiētur innupta, ad edut cœ-
libatus, potius pro qualitate, quam pro conditio-
ne adjectus videatur; tunc enim diſpoſitio continere
dicitur rationabilem caſam providendi ſolis per-
fonis provisione indigentibus, & commiſſeratione
dignis.

Atque ſi validitate legis positivæ, ad validita-
tem diſpoſitionis factæ per hominem in illa mate-
ria (ut inferius conſtat) arguere licet; Habemus in iure
plures leges communes, ac etiam feudales, &
municipales, concedentes multa privilegia mulie-
ribus, qua aliquo caſu eveniente, reperiantur in-
nuptæ, nuptis verò denegata; Ut putat ſi de tempo-
re agitanda litis, mulier ſit innupta, quia virgo, vel
vidua, habet privilegium electionis, ac variationis
fori, quod negatur mulieri virum habenti; Item
moriente feudatario ſive masculis, ſi primogenita
reperiatur innupta, ſuccedit in feudi utriusque Si-
cilia, ſed ſi reperiatur nupta, vincit in ſucessione
a ſecundo genito exiſtente in capillo ex Con-
ſtitutione incipien. Ut de ſucessionebus de qua a-
gitur ſub tit. de feud. diſc. 14. & tamen de iſtarum le-
guim validitate non dubitatur, non curato abſurdo,
quod puella ob ſpem conſequendi hujiſmodi pri-
vilegia ſe retrahant a nuptiis.

Ergo pari ratione, idem dicendum eſt in caſu
diſpoſitionis hominis, qua pendeat ab incerto e-
ventu, quoniam cum ſe habere valeat ad eſſe, & non
eſſe, non intrat illa ſuſpicio, quod foemina ob
ſpem hujiſmodi evenienti diſpoſitionis, a nuptiis
retrahenda ſint; Ideoque ſive conditio collata ſit
in tempore mortis iſp̄ ſi teſtatoris, ſive mortis tertii,
quoties diſpoſitio reſpectu perſona ſit generalis, ac
incerta juxta caſum p̄ amittit, ſemper venit idem
indistincte pro conditions validate dicendum, ut
de diſt. caſu de quo agit Alograd. diſc. 77.
habet actum diſc. 4. 4. de fideicommiss.

Ubi verò diſpoſitio ſit ad favorem certæ, ac de-
terminata per personæ; Tunc ſi conditio collata ſit in
tempore mortis teſtatoris, adhuc ſubſtituitur Acoſta.
Sanchez. & alii, qui loquuntur in his terminis, ne-
que impugnat Altograd. loco cit. Sed ſi collata ſit in
tempore, vel caſum mortis aliquiſ tertii, tunc eam
non valere tanquam perpetua viduitatis induc-
tiā tent Acoſta diſc. §. ſi arbitratu Octava limi-
tation. num. 9. quem ſequuntur Sanchez. diſt. diſpu-
tation. 34. nu. 36. in fine, Boff. diſt. 1. cap. 11. n. 575. in fine,
Cancer. diſt. 1. par. 3. cap. 7. n. 287.

Verū haec ſententia ita ſimplicerat, non
placet cum recte dari valeat caſus, ut hujiſmodi
diſpoſitio, rationabilitet ita ordinata ſit, neque ir-
rationabile ſodium nuptiarum contineat; Ideoque
implicendus veſit modus, cum quo equatum eſt
conceptum, an ſcilect viduitas adiicitur pro con-
ditione ademptiva, vel potius pro qualitate legati
inductiva, ut primo caſu procedat opinio Acoſta,
ſecus autem ſecondo.

Ut putat, legat teſtator Mœvix centum, ſi, vel
dummodo durante vita Titii non nubat; Iſta con-
ditio dum ſuſpendit, vel resolvit legati conſequen-
tiam, tanquam continens tempus incertum, vide-
tur ſapere perpetuitatem quoniam poſſet vita Ti-
tii protrahi uſque ad ultimam legetaria ſeneſtam,
quando nuptiis omnino inutilis eſſet, neque ratio-
nabilitatem habet, dum longam, ac ferè perpetuam
nuptiarum prohibitionem contineat; Sed ſi teſtator
relinquat Mœvix centum, ſi, & quatenus de tem-
pore mortis Titii reperiatur innupta, tunc non vi-
detur ſubſteſſe ratio, cur hujiſmodi conditio ſuſtitu-
neri non debeat, cum dici valeat ut non inceſt can-
dem rationabilitatem, quæ ſupra conſideratur in
con-

DISCURSUS LXXIII.

153

ducationi incumbere valeat, quoties ad rationabilem educandorum ætatem conditio restricta sit, conditione collata in tempus mortis ipsius testatoris, vel etiam tertii, respectu indeterminate personæ, quia nempè voluerit illi pueræ providere, quatenus de tali tempore reperiretur non provisa, atque miseratione digna sit, ideoque potius qualitatem, quam conditionem istam, dispositio continet, redicitur.

Neque ea dicenda est à rationabilitate aliena, quoties ille tertius, in cuius obitum conditio accepta fuit, esset haeres ad legatum gravatus, scilicet alias, à quo legataria verisimiliter provisionem consequi debuerit vel potuerit? Nulla etenim ratio prohibet testatori nolenti gravare hæredem viventem ad legati præstationem, ut illum gravet post mortem, ad providendam aliquam pueram, quatenus provisione indigeat, & non alias; Vel credendo quod pueræ à Tito probabilitate providenda sit, ejusdem pueræ provisioni consulat, quatenus Titi morte succedente, ipsius credulitas erronea detegatur.

Si vero in eo tertio, cuius mors ad effectum legati defideratur, non consideretur aliqua ex præmissis vel similibus rationibus, & tunc conditio non nisi irrationabilem nuptiarum dilatationem contineat videatur, ideoque in Acoſta sententiam concordum esse; Ita etenim materia non videatur, ex litterali legum intelligentia, juxta judaicum stylum scholasticorum, regulanda, sed ex deficiencia, vel existentia rationis, ac justæ cause ita disponendi, principaliter spectata substantia dispositionis, 19 vel eius motivo.

Tempus certum dicitur illud, quod omnino extirum est, certamque, ac determinatam habet metam, quæ directa sit ad ætatem legataria, vel tertii, seu ad certam diem; Id autem affirmativè, vel negativè solet in conditionem deduci; Puta si ante talen ætatis annum nupserit; Vel dummodò ante talen diem, vel ætatis annum, non nubat &c.

Isto autem casu, licet Acoſta dicta 8. limitatione num. 3. & num. 9. in fine vers. quibus argumentis, vellet, ut neque ista temporalis viduitas induci possit, nisi iusta causa concurrat; Verius tamen est, ut conditio regulariter subsistat, per text. in l. sed si hoc §. fin. ff. condit. & demonstrat. cuius auctoritate ita firmant Sribentes relati per eundem Acoſtam dicta 8. a limitacione num. 1. eodemque relato, ac rejecto ex Manica de conjecturis lib. 11. tit. 19. num. 7. Cancer. dicto cap. 7. n. 28. 4. Surd. dicta decis. 30. Sanchez. dicta quæstione 34. n. 36. cum quo ceteri moderniores concurrent, quoniam talis limitatio temporis congruam rationem habere potest, nè scilicet pueræ, contra omnem prudentiam rationem, in immatura ætate nubat, quando ignorando quid agat, facilius seductionibus subjecta est, neque virum dignum scit eligere; Vel ne diu nuptias post certam ætatem, honestatis ac pudicitiae amittenda periculo se supponat, istisque rationibus concurrentibus, non diserebat Acoſta ubi supra.

Solumque in hoc ab aliis iste Author est diversus, quod alii firmant regulam generalem affirmativam validitatis, limitandam in casu cessantis rationis, vel causa, ipse vero firmat regulam generalem negativam invaliditatis, limitandam in casu, in quo iusta causa, vel ratio concurrat; Hæc autem differentia, id solum operatur, ut excusat habeante se regulam ab onere probationis, istud transferatur in deducenteum limitationem juxta deducta apud Manic. dec. 24. I. num. 4. & Barbus. ax. num. 19. 8.

Et licet Merlin. Controver. 45. lib. 2. dicat de sum, ut non obstante temporis acceleratione, dotis legatum haberetur effectum; Attamen potissima ratio illius decisionis fuit, quia tractabatur de præcepto quod sonabat in consilium, proindeque conductatem non operabatur; Vel (ut verius) quia ætas non erat adjecta pro conditione matrimonii, sed pro executione præstationis.

Quare posita pro constanti regula affirmativa validitatis, ac etiam ejusdem regule limitatione, quoties tempus adest incongruum sit, ut in fraudem legis adjectum videatur; Hinc proinde tota inspeccio cadit super dictæ limitationis verificatio ne, quando scilicet tempus, ratione nimis accelerationis, vel respectivè tarditatis, dicatur incongruum, necnè.

In hoc autem, licet juxta regulas generales, distinguui soleat inter præceptum affirmativum, & negativum, ut primò casu incongruum censeatur tempus ante nubilem ætatem, in altero autem tunc dicitur tempus incongruum, quando sit post annum 25. dum usque ad hoc tempus pueræ nuptias expectare debet, neque de dilatione conquiri potest ex deductis per Manicam, ubi supra nn. 8. & Sanchez. eodem n. 36.

Nihilominus, quia ex particularibus facti circumstantiis, rectè dari potest casus, ut etiam ante annum 25. incongrua, vel periculosa sit dilatio; Sive etiam ut post dictum annum vigesimum quintum, conditio rationabilitatem contineat, hinc proinde cuicunque casu applicabilis desuper constitui, certa, & determinata regula non potest, sed totum remittendum est prudenti arbitrio judicis, qui supplingo, vel interpretando potius, quam destruendo voluntatem testatoris, poterit tempus ab eo statutum moderari, ut ex Giulio de Benedicto. Arreto, & aliis, Sanchez. dicto n. 36.

Ponamus enim, quod testatore mandante, ut nuptia ante annum decimum quintum contrahendi debeant, temporum vero, vel pueræ qualitas ostendat, quod conditionis implementum esset potius perniciosum, quam proficuum, utique judex poterit, induendo personam defuncti, atque supplingo illius voluntatem, arbitrari id, quod defunctus si viveret, faceret, vel interrogatus verisimiliter responderet.

Idemque dicendum, quoad necessitatem expeditandi certam ætatem, si temporum conditio, vel pueræ qualitas, temporis accelerationem exigent, præsertim ubi argui potest ut voluntas testatoris in atque præscribenda, directa fuerit ad favorem ipsius pueræ ex deductis per Merlin. controver. 45. lib. 2.

Post annum vero vigesimum quintum; Quamvis, indistinctè Sribentes, incongruitatem considerare videantur, adhuc tamen dari potest casus, ut dispositio tanquam rationabilis veniat servanda; quia nempè hujusmodi dilatio contineat alterius favorem, qui est causa legandi; Ut puta testator, relinquendo filios, vel alios conjungos in infantili ætate sub cura, vel educatione alicuius mulieris, eidem dotem relinquat, sub conditione non nubendi, nisi personæ, quæ educandæ sunt, ad talem ætatem pervenerint; Tunc etenim, licet tempus ætatis tertii excedat in muliere metam annorum 25. non per hoc tamen id videtur incongruum, quoniam tempus non dicitur adjectum ad consilendum nuptiis legataria, vel ad illas prohibendum, sed ad consilendum tertio magis dilecto, ad effectum nempè, ut legataria, à maritalibus obsequiis exempta, melius prædictæ edu-

De LUCA
de
Testamentis
et lat.
GVI
9

ducationi incumbere valeat quoties ad rationabilem educandorum statem conditio restricta sit, ex ratione sex. in l. sed si hoc, s. i. §. ultimo ff. de condit. & demonstration. & sic similiter, juxta casus contingentiam, ex jam dicto vero principio, ut conditio viduitatis rejicienda veniat, quoties irrationalib[us] nuptiarum odium continet, secus autem, si aliam rationem, vel justam causam habeat.

Quod verò ad locum; iste nuptiis, affirmativa, ac negativa adjici solet, magna verò differentia est inter unum casum, & alterum; Ubi enim ponitur affirmativa, quia nempe relinquunt dos, si nupserit in tali loco, tunc non intrat materia viduitatis, sed alteralibertatis matrimonii, proindeque circa istam conditionem (ad superfluitatem vitandam) dicendū est idem, quod inferius habetur circa personas, ubi nempe conditio, ad certas personas, vel ad certum personarum genus restricta sit.

Ubi verò ponatur negativa; Puta si non nupserit in tali provincia vel Civitate, aut loco; Et tunc regula, est affirmativa, nisi locus sit adeò amplius, ut fraus legi facta videatur, quia nempe alibi commode mulier virum invitare non valeat, ad tex. in l. Hoc modo 63 ff. de condit. & demonstr. DD. in l. Turpia ff. de leg. i. Acoſta dicto §. si arbitratu ampliat. 8. num. 1. Sanchez dicta quest. 34. n. 38. Boss. dicto cap. 11. n. 575. Surd dec. 30. num. 29. & alii communiter quoniam est conclusio plana, dicto tamen temperamento accidente, in quo sit difficultas, quando scilicet locus prohibitus dicatur talis, qui nuptiarum facultatem tollendo, indirec[t]e viduitatem cauſet, necnē.

In hoc autem, certa, uniformis regula dari non potest, sed totum pendet ex prudentis Judicis arbitrio, pensatis, personarum, loci, & bonorum circumstantiis, ac etiam causa, ex qua testator moveri potuerit ad ita mandandum, an scilicet congruam rationem continet, vel potius irrationalibile odium nuptiarum, juxta principum supra constitutum, à quo tota hæc materia penderit; Ponamus enim, quod aliquis Rex filia injungat, ne in sibi subiectis regionibus, neque in regno ejus hostis nubat, utique ista dicenda est justa conditio, quoniam in locis subiectis, nemo adest, cui dignè valeat copulari, dum in prohibito Regno, ad unam, vel paucas personas de languine Regio, prohibitio est restricta; Ac etiam urget ratio Status, que ita dictat, dum non desunt in restantibus mundi partibus Reges, ac Principes, cum quibus commode nuptiae sequi valeant.

E converso autem, si privata puella iujungatur, ne in propria provincia, vel regione nubat, id erit, per indirectum prohibere nuptias in totum, quoniam moraliter, extra eam regionem, virum non inveniet, unde propter eam personarum qualitas efficeri potest, ut prohibito etiam ad unam Civitatem, vel locum restricta, incongrua sit; Et è converso prohibito totius provincie vel regionis, congrua, & rationalibilis veniat judicanda.

Si enim Hispanus, vel Gallus degens in Italia, injungat personæ sibi conjunctæ, ne in Italia nubat, istud rationalibile videtur preceptum, utpote continentis regressum ad propriam patriam, seu provinciam, ubi forte commodius viro æquali nubere poterit, ut in his terminis declarato Riccio in praxi resol. 107. benè observat Bosius dicto cap. 11. num. 577. Cum presupposito tamen quod commodus ad patriam sit regressus, jà ut totum pendeat à qualitate personarum, alii que circumstantiis, ex quibus prudens Judex suum arbitrium regulabit.

Procedunt tamen hæc omnia cum presupposito conditionis, vel precepti invitati ad lucrum; Secu-

cus autem si poenam contineat, eodem modo, quo infra notatur de personis, tam respectu dispositio[nis], quam legis, & Statuti, cum ibidem de utroque tractetur, ut infra.

Quò verò ad personas earum qualitas pariter, 21 affirmativa & negativa ponis solet in conditione; Verum utroque casu attendendus est in primis distinctio, an dispositio sit concepta per viam conditionis, seu alias invitativa ad lucrum, vel potius per modum poenæ; Ubi enim est poenalis, tunc certum est, ut ea non subsistat, quoniam matrimonii libertas, poenariam subiectio[nis], nec affirmative, nec negativa cognoscit ad tex. in c. Gemma de sponsalibus l. Titio centum §. 1. ff. de condit. & demonstrat. & Sribentes communiter, de quibus infra.

Vbi autem est per modum coditionis, seu invitationis ad lucrum, & tunc quamvis plerique matrimonii libertatem indiscreto modo tuentes, adhuc huiusmodi conditions reiiciendas esse putent; Verior tamen magisque recepta est sententia, ut spe lucri possit quis allici ad certum matrimonium contrahendum vel responendum, ideoque dispositio sit servanda, ut in dicta l. Titio centum §. 1. & l. Cum ita legatum §. Videlicet ff. de condit. & demonstrat. c. De illis de sponsalibus, Oldrad. famoso consil. 16. quem ceteri sequuntur, de quibus adden. ad Molin. de primogen. lib. 2. cap. 13. num. 1. & seqq. Capyc. Laur. consultat. 72. num. 1. & 134. num. 3. Cofcia disserr. 9. Marcius. disp. 77. num. 7. Manica de conjectur. lib. 11. tit. 18. num. 1. Sanchez. dicto lib. 1. disput. 33. n. 6. (ubi dicit neminem de ista conclusione dubitare) Rosa in Vernina legati coram Coccino impress. par. 4. recent. tom. 2. decis. 493. num. 2. in Anconitana legati 30. Maij. 1642. coram Bichio inter fas decis. 89. ubi de precepto nubendi in patria, & admittitur in Romana sén Comen. hereditatis 26. Iunii 1647. coram Melio, & in aliis ut etiam advertitur, sub tit. de Matr.

Quamvis enim aliqui senserint ut de Iure Canonico, vel Sacri Concilii Tridentini dispositione ista cognitione, tanquam libertati matrimonii præjudiciale, adhuc vitiosa sit ex deductis per Ciriaco. controv. 451. & Menoch. cors. 1083. Attamen in contrarium est veritas, ut de utroq; iure conclusio procedat, ut etiam advertitur sub tit. de Matr.

Difficultas verò, quæ forenses quæstiones producit est in dignoscendo quando dispositio dicatur induc[t]iva, poenæ, vel alle[gi]ativa ad lucrum; In hoc enim nimium discrepant Sribentes; Aliqui enim credunt, ut tunc dicatur poena quando ille, ad cuius favorem concepta est dispositio ita passionata, passurus sit damnum in re propria, siue patrimonii diminutionem; Secus autem ubi conditio sit causa, ne lucrum ex dispositione consequatur, vel consequitur in casu contraventionis amittat, dum ita semper contendit de lucro, neque proprium patrimonium diminuere, vel pauperior fieri dicuntur; Et hanc sententiam tenent Oldrad. dicto consil. 16. Covar. de sponsal. par. 2. cap. 3. §. 3. num. 7. & 8. Sanchez. de maritim. lib. 1. disput. 38. num. 7. & 8. Manica de conjectur. lib. 11. tit. 18. num. 3. Cancer lib. 3. variar. cap. 7. num. 300. & 302. Molfesi. cors. 12. num. 6. Ramon. cors. 95. num. 33. Cofcia disserr. 9. num. 32. & seq. & nn. 41. ubi multos cumulat, Rota in dicta decis. 89. Bich. & alii apud præmissos allegati.

Alii verò sentiunt, ut tunc dicatur agi de lucro, quando dispositio concepta sit per viam conditionis suspensiva, quæ se opponat principio acquisitionis, ita ut contraveniens nil amittat, nisi facultatem consequendi, quia nempe adimplementum conditionis appositum fuerit à parte antea, Secus autem

autem ubi dispositio continet modum, vel conditionem resolutivam, ita ut adimplementum sit appositum à parte post, cum tunc contraventio causet amissionem rei jam quæsita, & incorporata, ideoque dicitur contraveniens fieri pauperior, ac pœnam sentire, maximè ubi tractetur de re gravi, cuius privatio, quamvis titulo lucrative obveniat, pœna etiam dicitur, *Aretin. in l. Titia. ff. de verb. obligat. Celsian. cons. 3.* & alii de quibus latè *Morotius cons.*

*Menoch. cons. 425. num. 4. & seqq. & cons. 97. Menoch. cons. 425. num. 4. & seqq. Capyc. Latr. consult. 72. num. 1083. num. 9. & seqq. Ciriac. controver. 451. num. 83. & seqq. Rot. dicta decis. 493. par. 4. tom. 2. num. 30. & seqq. ac admittitur dicta *Romana* seu *Comen.* hereditatis 26. Iunii 1647. coram *Meltio*.*

Quinimo *Ius. in dicta l. Titia num. 9.* tenet, ut etiam agatur de ammissione facultatis consequenti maximum lucrum, adhuc dicatur pœna, & metus, qui libertati Matrimonii præjudicet, ac refert, & sequitur *Menoch. dicto cons. 425. n. 7. & 1083. num. 19.* Et de dicta distinctione inter modum & conditionem latè *dicto 154. sub tit. de fidei commissis.*

Alia est sententia distinguentium, inter dispositio nemad favorem filiorum vel extranei, ut in secundum casu conditio substinetur, secus autem in primo, quoniam cum patris hereditas, ac bona, videantur filii quasi debita, hinc proinde privatio sapit potius ammissionem juris habiti, & consequenter penam, quam impedimentum lucri, ut ex *Areto*, *Ruino*, *Croto*, & aliis plenè *Menoch. dicto cons. 425. num. 4. & 1083. num. 7. Capyc. Latr. consult. 72. num. 20. Marcian. dicta disput. 77. num. 11.* & hanc distinctionem positivè firmat *Rota in dicta Romana, seu Comen. coram Meltio*.

Mili vero indistinctè placet prima sententia, quam rationabilorem puto, quoniam licet in casu modi, vel conditionis resolutivæ, contraveniens videatur de facto amittere rem quæsitam; Verè tamen eam amittere non dicitur, quoniam cum conditionis insit ipsi acquisitioni, hinc proinde nunquam illa censeri potest purè facta, dum ab initio est conditionalis, adeo ut, juxta naturam conditionis resolutionis, eveniente casu, habeatur, ac si nunquam res esset quæsita, ut ex *Oldrad. Guttiar.* & aliis deductis per *Marcian.* id satis bene exprimentem *dicta disput. 77. num. 8.* ponderatur etiam *ind. decis. 89. Bichis.*

Necj distinctio inter filios, & extraneos habere videtur substantiæ, quoniam (excepta legitimâ) filius nullum jus habet considerabile in bonis parentis, l. 1. §. *si impuberis de collat. bon.* l. post emancipationem §. 1. de lib. legat. ubi *Bart. Man-* *tic. decis. 289. num. 1. Rota decis. 355. par. 6. re-* *ten. in Bononiensi successionis de Zanis 9. Decembri* *1654. coram Bichio, impress. decis. 349. par. 11. re-* *cen. & inter illas Bich. decis. 625.* imò neque in legitima, vivente patre habet jus certum ex plenè deducis per *Altograd. cons. 40. & dubius seqq. vol. 2.*

Minusque aliqua differentia inter ipsos, & extraneos in jure consideratur, nisi quoad quandam spem magis proximam, & probabilem, cum id quod legitimam excedit, ex sola patris munificentia, & liberalitate filius consequi datur, proindeque si vera, prout verissima est conclusio jam dicta, ut utroque jure attento, non sit prohibitum, cum spe lucri aliquamallicere ad certum matrimonium contrahendum, vel vitandum, neque propter ea conditione damnata dicatur, hinc proinde non videtur adesse solida ratio, cur licitum esse non debeat, parenti in hac parte tanquam extraneo in bonis suis hanc legem adjicere.

Auctoritas autem Consulentium in contrarium

deducta, non videtur attendenda tanquam suspecta, cum ad pecuniam, seu affectionem, velingenii ostentationem, consilia soleant emanare; Atque reverè usus Consulentium in judicando legaliter scientiam involvit, mundumque litibus implevit; Laudabilis etenim est usus consiliorum, atque proficiens Advocatis, pro excitandis motivis, ac materiæ notitia obtinenda, sed destabilissimus est Judicibus, qui in eis principaliter sefundent.

Auctoritas vero Rotæ, quamvis magna, in præmissis tamen decisionibus non multum attendenda videtur; Tum quia fundata est in dictis Consulentibus; Tum etiam quia resolutiones ibidem contentæ, aliis præcipuis innituntur fundamētis, ex quibus justæ, ac rationabiles dici fortè possent; In dicta enim *Venustina coram Coccino dec. 493. p. 4. tom. 2.* (omissis quibusdam facti circumstantiis, ex quibus ad exemplum trahi non potest), urgebat motu, quod bona debebantur filiis ex donatione inita in capitulis matrimonialibus, ut ex num. 7. Et in alia *Romana*, seu *Comen. coram Meltio*, aderat derogatio Papæ, ideoque pro resolutione non erat opus recurrere ad alia motiva, quæ fuerunt deducta ex abundanti.

Non omne siquidem quod continet in decisionibus, continet decisioem, sed id quod est causa resolutionis; Multa enim alia per extenderentur ex abundantia cumulantur incidenter, & indigestæ, quæ particularia suffragia, non decisio dicuntur, ut aliis allegatis protelatur eadem *Rota apud Scrabin. decis. 299. in fin. decis. 17. num. 9. par. 7.* recen. *Bich. dec. 480. repetit. decis. 196. pare. 11. recent.* Idemque diei potest de Consulentibus, qui etiam pro veritate respondendo ex particularibus facti circumstantiis ita suadentibus, alias etiam conclusiones ex abundantia deducunt ad Consilii ornatum, sive pro Judicibus imperitis, qui sepe motiva solida non percipiendo, ex debilioribus, ac fallacibus moveri solent.

Idque licitum esse Consulentibus, & Advocatis, admonet *Aponte de potestate de Proreg. tit. 2. da assensi. regis super dote in princ. num. 56.* Atque in his præcisi terminis ita observatum habemus apud *Capyc. Latr. consult. 72. & 134.* qui in eisdem coclusionibus diversimodè respondit, idemque in eisdem terminis habemus in allegatis Rotæ decisionibus.

Verum ubi etiam in casibus modi, vel resolutione conditionis, in quibus puella contraveniens, bonis jam quæsitis privari dicatur, aliqua subesse difficultas, ob allegatas auctoritates. Adhuc tamen controversiæ decisio regulanda videtur, ex majori vel minori rationabilitate dispositionis, & applicationis bonorum, ex qua resultat cognitio, an dispositio continet odium contravenientis, vel potius favorem tertii, ad quem disponens à principio respexisse videatur; Si enim testator, qui filiis masculis careat, vel illorum deficientiam prævideat, atq; agnationis, & familia conservacione rationabiliter cupiat, ampliæ hæreditatæ relinquat filiabus, vel aliis descendentiibus, sub præcepto nubendi in familia, quodque in casu contravenientis, bona solum debeantur feminae observanti juxta casum *Menochii consil. 1083.* Vel quod ex eisdem bonis censeatur erecta primogenitura, seu alia dispositio ad favorem familæ juxta casum *Coscia d. dissert. 9.*

In his, ac similibus casibus, contra omnem legalem, ac naturalem rationem videtur opinio, quæ excusat contravenientem, atque hujusmodi dispositionis præcisam observantiam neget, dum constat, quod principale intentum testatoris directum fuit

DELLUCA
De
Instrumentis
et
GVI
S

DE TESTAMENTIS.

fuit ad favorem familiæ, ac bonorum conservatio-
nem in ea, quæ ex matrimonio resultare debet; Fœ-
minæ vero vocatae, ac honoratae fuerint, tamquam
medium, ac instrumentum, per quod hujusmodi
fuis impleatur.

Quemadmodum enim, ob istum honestum si-
nem conservationis bonorum in agnatione, licitum
est private ingredientes Religionem, ac perfe-
ctiorem viam eligentes; Ita multò magis in præ-
senti, quoniam, non contraventio, vel odium alia-
rum auptiarum, sed favor agnationis, ac familiæ
videtur esse causa dispositionis, illeque fuit primus
in intentione disponentis.

Siverò testator, idem præceptum filiabus injun-
gat, sub privatione omnium, vel partis bonorum
applicandorum alteri, qui nullum ex præcepti ob-
servantia commodum sentiat; Puta Ecclesiæ, vel pio
loco, cui nil inter sit, an matrimonium contrahatur,
vel non contrahatur cum personis à testatore de-
mandatis; Et tunc fortè sublineari posset opinio A-
retini, & sequacium, cum tunc dispositio, odium a-
liarum nuptiarum, ac poenam contraventionis prin-
cipaliter continere videatur, favor autem Ecclesiæ,
vel tertii legatarii sit consecutivum, ac secundum
in intentione, cum semper in ista materia pro de-
cisione recurendum sit ad verum principium jam
insinuatum, ut attendendum sit, an dispositio prin-
cipaliter, non autem accessoriæ, vel consecutivæ, ra-
tionem, vel odium contineat respectivæ.

Et licet considerari soleat per Scribebtes, an in
casu contraventionis, dispositio concepta sit ad fa-
vorem causæ piaæ, vel alterius privati, ut primo ca-
su sublineatur, non autem in secundo, eo quia
favor pia cause sublineat conditionem viduitatis,
ut ex Bart. in l. Titio §. iiii. fr. ff. de cond. & de-
monstr. & aliis. Mantica de conject lib. ii. tit. 19. num.
9. Sanchez d. disput. 33. numer. 25. Rotad. decis.
493. num. 38 par. 4. tom. 2. & in allegata decis. 89. Bi-
chii.

Nullatenus tamen hæc distinctione attendenda vi-
detur, quoniam, Aut dispositio continet puram
lucræ affectionem, juxta opinionem Oldradi, &
tunc nil inter, an vocata sit causa pia, vel pro-
phana, quoniam sufficit, ut ille, quinon observat,
excludatur à lucro; Aut continet poenam, juxta o-
pinionem Aretini, Iasonis, Menochii, & aliorum,
& tunc intrat dispositio textus in cap. gemma, ut poe-
nales dispositiones matrimonii favore omnino irri-
ta sint, idèque nil operari potest favor pia cause,
ut in specie Rota dicta decis. 493. num. 42. & in d. Ro-
mana, seu Clemen. coram Melito.

Dicta enim conclusio favore pia cause, proce-
dit pro sublineando conditionem viduitatis, que
de solo jure civili damnata sit, non autem aliam li-
bertatis matrimonii, que prohibita est de jure ca-
nonico.

Hinc decidenda venit quæstio, super validita-
te Statuti prohibentis sub poena privationis hære-
ditatis, vel successionis, nuptias extra subditos,
vel personas de certo genere; Licet enim ardua sit
quæstio inter scribebtes, circa hujusmodi Statu-
torum validitatem; Aliquis pro eis responden-
tibus, eo quia, non circa matrimonium, ac rem
spirituale, sed tantum circa bona temporalia se
ingerat; Aliis vero, magis communis calculo, indi-
stincte negantibus, quoniam ex jure canonico,
& fortius ex Sac. Conc. Trident. laicis, nec direc-
te, nec indirec- super matrimonii libertate statue-
re, vel se ingerere permittitur, quos hinc inde
cumulant Menoch. conf. 1083. numer. 18. Cyriac. con-
trover. 291. num. 5. & 451. num. 75. Carpan. ad Statut.

Mediolan. tom. i. cap. 10. num. 18. Bos. f. s. de matri-
mon. d. cap. 11. num. 23. & seqq.

Attamen, quia inter plures abusus utrique Chris-
tianæ Republicæ pernicioſos, ille videtur maxi-
mus, quem in legali facultate factionaria divisio
modernorum, ad adulacionem potius, quam ad ve-
ritatem, circa juridictiones, vel mixtas materias
induxit; Canonistis scilicet, ac Moralibus ecclesi-
sticæ libertatis magis, quam pars est, zelatoribus,
multa nimis aperè, ac rigorosè, contra Principum
auctoritatē firmatibus; Laicis vero Civilitis, ni-
mium sacerdotali potestati adulando, ea, quæ nec qui-
dem hæretici contra ecclesiasticam potestatem ausi
sunt asserere, quandoque firmare non erubescen-
tibus, unde propterea, utramque potestatem adeo
involuerunt, ut non amplius, ex juridica veritate,
sed ex politicis documentis, justitia pendere videa-
tur, cum aliquo animarum detimento, ac ipsius
utriusque potestatis præjudicio.

Hinc proinde, sequendo eam medium viam, per
quam (data utrique gladio congrua operatione,) com-
modè tot dissenzionibus, ac malis in universum
consuli posset, ut etiam ad aliud propositum adver-
titur sub tit. de fœnd. dis. 60. ita videtur distinguen-
dum.

Aut Statutum laicale procedit per viam condi-
tions suspensivæ, vel resolutivæ, quia nempè earenus
ad intestatas parentum, vel consanguinorum suc-
cessiones, fœminas admittat, quatenus, ciuium, seu
agnatorum matrimonio copulata reperiantur, vel
infra certum tempus, post delatam successionem,
copulentur, vocando alias agnatos, vel conjunctos
proximè sequentes; Et tunc pro Statuti validitate,
ac observantia respondendum videtur, quoniam
neque poenam, neque privationem continet, sed
simplicem invitationem ad commendum cum certa
qualitate.

Cum enim de jure certum sit, ut per Statutum
possint fœminas in totum à successionibus excludi-
ti, etiam à legitima, atque tanquam extraneas reputari,
ad instar legis 12. tabularum, ut sub tit. de successio-
bus, & sub altero de legitima, & dæractionibus; Hinc
proinde nullatenus matrimonii libertatem offendere
videtur illud Statutum, quod cum fœminas in-
definitè excludere valeat, ita contentetur eas admittere,
quæ certam qualitatem tantum habeant, adeo ut matrimonium tali casu, potius dicatur causa
habilitationis, quam causa exclusionis, magisque fa-
vorem, quam odium operetur, adeo ut vere, fœmi-
nas ita invitari dicerentur ad lucrum, à quo alijs pos-
sent simpliciter excludi.

Quemadmodum enim validæ, ex communi sen-
tentia reputantur leges, quæ in feudorum successio-
nibus, fœminas tantum innuptas, quamvis natu
minores admittunt, ut supra; Ac fortius validæ re-
putantur leges admittentes ad hujusmodi successio-
nes solas personas in laicali statu existentes, nec
propterea dicuntur, ut continent odium matrimo-
niij, vel vitæ clericalem, seu religiosæ, quoniam lex non
damnat, nec prohibet dictum statum, sed solum
exigit alterum pro qualitate habilitatiya, ut sub tit.
de fœnd. dis. 54. & sub tit. de fœnd. dis. 44. Ita à
pari.

Ut etiam habetur sub tit. de dote dis. 143. de vali-
ditate legum, dotes moderantur, quoniam hon-
estum finem, ac publicam utilitatem principaliter
continent, non dicuntur matrimonii libertati
præjudicare, quamvis aliqua restrictio ita sequa-
tur; Ponamus igitur, quod Statutum indefinitè pro-
hibendo nè dotes ultra certam taxam constituan-
tur, excipiat casum nuptiarum cum viro de
agnati-

DISCURSUS LXXIII.

157

agnitione, seu de alio certo genere personarum, tunc nemo rationabiliter de hujusmodi Statuti validitate dubitabit, quoniam si potest certam regulam generalē negativam præscribere, utique neminem ludit, si habilitationem certo casu concepit.

Quæ ramen moderatè intelligenda sunt, quatenus scilicet Statutum adeò indiscretè non procedat, ut foeminas qualitatē à se desideratam non habentibus, legis subdīsum ita neget, ut eas in præcisā necessitate constituat, vel nubendi personis de illo genere, vel permanendi in statu viduatis, quia nemp̄ filiam, quæ dictam qualitatē non habeat, à parentis succellione, etiam quoad legitimam, vel congruam dotem excludat; Seu quod filiæ, jus petendi dotem à patre vivente, omnino deneget, cum tunc fraudem libertatis matrimonii aperte continere videatur; Secùs autem, si legitimam, vel congruam dotem, in bonis illius, qui dotare tenetur, reservet, vel non prohibeat, quoniam tunc puerilla dote provisa, libertatem habet nubendi cui vult; Residuum verò successionis importat lucrum, quod si consequi cupit, rationabile est, ut Statuti qualitatē habeat.

Atque sicuti validum est Statutum, quod excludit à successione parentum foeminas, propter agnatos remotores, dummodo congruē dentur, ita non suppetit ratio, cur non sit dicendum validum illud, quod ultra dotein, sub certa qualitate eas invicit ad successionem.

Aut verò Statutum, quod foeminas ad successiones, ac bona, simpliciter, prout de jure admittit, illas ad matrimonium cum forese, seu extra genus personarum ibidem præscriptum, bonis, vel hereditatibus privet; Et tunc, quia matrimonium est causa præcisa, & unica hujusmodi privationis, ac damnū, censendum videtur penale, proindeq̄ invalidum; Atque juxta hunc sensum capient divident tenentes contra Statutum; Alii verò qui Statuti partes substinent intelligendi veniunt, iuxta casum præcedentem; Verum, & in eo, ea tenus præmissa procedunt, quatenus foeminas inhabilitando, agnatis, vel aliis proximioribus successionem deferat; Secùs autem si fisco applicet, quoniam tunc, non effet inhabilitare foeminam, sed ab ea tanquam indigna, delatam successionem auferre, quod sonat in poenam, ut in specie advertunt Gabriel, cons. 12. lib. 2. num. 7. & Bosius d. cap. 11. num. 239.

Ista enim est differentia inter indignitatem, ac inhabilitatem, quod inhabilitas, tollendo personam de medio, perindè ac si non adesset, gradus sequentibus locum aperit; Indignitas verò admittit personam ad succendum, sed successionis communum, tanquam ab indigno fiscus aufert. Peregrin. de jur. fisci lib. 2. iii. 2. ex num. 24. Rovit. pragmat. 1. de bonis proditorum ex num. 65. & communiter.

Altera item limitatio traditur per Bald. cons. 357. lib. 1. ubi nempe de paterno iussu, filia nubat extra genus personarum à Statuto demandatum, atque Baldum sequuntur Molin. de primogenit. lib. 2. cap. 13. num. 22. Sanchez lib. 1. disp. 33. num. 13. Bos. d. cap. 11. num. 240 quialios referunt.

Verum inutilis videtur hæc limitatio, quoniam procedit, præsupposita validitate Statuti in secundo casu penali, in quo magis communis, ac receperat in contrarium; Ubi enim agitur de primo casu, tunc quia matrimonium requiritur pro qualitate, idcirco sufficit, ut in foemina non adsit dicta qualitas, ne ad successionem aspirare valeat, nisi &

Card. de Luca P. I. de Testam.

isto casu, iussus paternus præbeat justam causam restitutioonis in integrum, de qua infra.

Cognito autem de conditionibus, circā tempus, locum, & personas; Quatenus pertinet ad modum, qui nuptiis contrahendis ab homine, vel a legge præscribatur; Puta si nupserit cum consensu parentum, vel consanguineorum, aut alterius personæ &c. Distinguenda est dispositio legis, ab illa hominis.

Quoad illam legis (quām citra montes parum frequenter habemus) plenè agunt Barboſa, Sanchez, Vasp. Garzias, Fontanella, & alii plenè congettū per Bosium de matrimonio d. cap. 11. ex num. 170. & num. 201. qui accuratè discutit articulū, atque probatilior videtur distinctio, quod; Aut lex tollit dotem subsidiariam, & tunc invaliditas est certa, cum ita direc̄tè percutiat libertatem matrimonii, quod sine dote moraliter contrahi non potest; Aut tollit illam dotem exuberantem, quæ ex ejusdem legis civilis liberalitate conceditur, ut est illa, quam lex concedit filiis diviti, ac provisæ, & tunc non videtur subesse probabile motivum, ob quod de hujusmodi legis validitate dubitandum sit, cum tali casu, aliud lex non agat, nisi auferre nudum lucrum, quod ab eadem lege tributum fuit, utpote à nulla ratione naturali, vel canonica demandatum, ut advertitur sub tit. de dote dis. 1. & 2.

Quod verò ad dispositionem hominis; Aut agitur de illa quæ ex mera liberalitate dotali subdīsum tribuat, & tunc; Aut agitur de reliquo generali personis incertis de incertis, vel etiam de certis, putā 3) puellaris de familia, vel parentela, seu Civitate, aut rege, &c. Et tali casu indubitatum videtur, ut conditio servari debeat tanquam inducīva qualitatis per disponentem requisitæ supra deduc̄tis; Atque ita servat usus in dotibus, quæ per montes familiarum, vel per pia loca, certo puellarum generi distribuenda sunt, quoniam valide censetur dispositiones mandantes, ut hujusmodi dotes non dentur, nisi puellaris in certa ætate, certo loco, cum certo genere personarum, & cum certis modis, putā cum licentia, & consensu administratorum nubentibus; In effectu enim non est conditio, sed qualitas desiderata pro habilitatione, seu capacitate consequenti subdīsum.

Aut agitur de relicto speciali, certæ, ac determinata personæ; Et tunc, licet modus suprà exemplificatus, nubendi, nemp̄ cum consensu, seu licentia, vel arbitrio alterius, videatur de jure civili expressè reprobatus per tex. in l. cum tale §. arbitratu, seu si arbitratu, ff. de condition. & demonstrat. Ubi Acosta in ultima ampliatione, plures referendo opiniones, doctè quidem sed cum nimio scholastico rigore, conditionis invaliditatem substatet, atque cum eo pertransire videtur Sanchez d. lib. 1. disput. 34. ex num. 10. Qui num. 24. multorum auctoritate firmat secus esse, si non consensum, vel arbitrium, sed consilium tertii conditio exigat; Ex ea differentia ratione, quod cum consilium non sit necessariò sequendum, non videtur libertati matrimonii præjudicare; Eandemque distinctionem communī calculo sequuntur moderniores cumulati per Bosium d. cap. 11. num. 518. & 527.

Attamen id non satisfacit, quoniam licet auctoritates terrent; Attamen ratio non stringit ad ita simpliciter firmandam nullitatem talis conditio, etiamsi concepta sit per verba sonantia in consensum, seu voluntatem, vel arbitrium.

O

Non

De LUCA
de
Instrumentis
et
GVI
9

Non viderit enim subesse congrua ratio quae suadeat diversitatem, & cur licitum esse debeat disponenti, absque praedictio libertatis matrimonii, allicere puellam, sub spe lucri ad contrahendum matrimonium, cum certa, & determinata persona, vel in certo loco, & tempore; Et non debeat esse licitum, ad ita allicendum cum isto certo modo, dum aequa ratio dicta libertatis in casibus praecedentibus, ut in isto.

Ideoque recurrentur videtur ad principale aliquid supra constitutum, ut scilicet attendenda veniat, an principaliter, non autem accessoriè, & consecutivè, conditio probabile rationem, vel potius irrationalis odium contineat; Si enim tertii consensus, vel voluntas, ex facti circumstantiis, nullum contineat honestum finem, adeò ut, videatur ad nuptiarum prohibitionem, vel libertatis matrimonialis restrictionem principaliter conditio directa, atque ita potius legis fraudem, quam prudens consilium habeat, & tunc bene procedit conclusio; Sed si testator cupiens in puella, dignas, ac honestas nuptias, neque valens ei alteri providere, ad se de hoc fine futurum reddendum, pro conditione lucri consequenti, adjicet nuptias de probati viri consensu contrahendas, tunc naturali ratione repugnare videretur, ut ex mensa liberalitate de re sua disponenti, illicitum esse debeat, sub certa honesta conditione, invitare illas personas, quibus nil remittendo, nullam facere injuriam.

Merito igitur Rota hujusmodi conditionis validitatem firmavit *decis. 433. par. 1. diversorum, & apud Gregor. decis. 117 num. 1.* ubi alia referuntur; Licet enim allegatae decisiones loquantur de conditione apposita in contractu, in quo diversa est ratio, quam in ultima voluntate, ut supra insinuatum fuit; Attamen consideratur etiam ratio generalis invitationis ad lucrum, quam militat aequaliter in uno, ac altero casu, istamque opinionem, ex *Marta & Palenz* probabiliorum putat *Bosius ubi supra num. 536. & 539.* eaque consulendo, & judicando tenenda videntur.

Siquidem, sive attendamus rationem prohibita viduitatis, sive alteram libertatis matrimonii, in quarum una, vel altera fundatur dispositio text. in d. §. si arbitratu, cum quo transit communis Doctorum Schola; Eatenus ratio viduitatis procedit, quatenus dispositio continet irrationalis nuptiarum odium, secus autem si honestum; Altera vero libertatis matrimonii ratio, generaliter cessat, ubi tractatur de nuda invitatione ad lucrum, dum legatarius nullam patitur restrictionem contraveniendo, quia proprium patrimonium non diminuit, neque aliquam pecuniam pati dicuntur.

Eatenus vero dicta negativa opinio procedere videtur, quatenus agatur de dispositione illius, qui ad subsidiariam dotem erga puellam aliundem non provisam, de juris necessitate teneatur, quoniam si hujusmodi doti liceret tales conditions adjicere, sequeretur, ut, vel puella cogeretur invita tale matrimonium tertii arbitrio subire, vel viduitatem pati, ut etiam supra circa alias conditions advertitur.

Ideoque licitum esse non debet ei, qui pure tenetur dotare, has restrictiones adjicere, tam circa modum, quam circa personas, ac locum, vel tempus (praterquam si tempus sit modicum, & rationabile ut supra) Maximè quia dato dicto principio, (in dubio etiam presumendo) quod nempe modus adjiciens censeatur, non ex irrationali odio nuptiarum, sed ex rationali, ac honesto fine melius puella consulendi, hinc sequitur de consequenti, quod si

tertius, cuius licentia, vel consensus requiritur, illum præstare non possit, vel absque justa causa recusat, potest Judex, ex verisimili disponentis voluntate, illum supplere, ut in specie *obseruant Bosius ubi supra & plene Valenzola cons. 132. lib. 2.* unde propterea cessat libertatis praedictum, atque remanet honestas.

Intrat enim dilemma; Aut dicimus, quod disponentis hujusmodi modum præscripsit, ob honestum, ac rationabile finem consulendi puellæ; Et tunc intrat verisimilis disponentis voluntas, ut in casu impedimenti, vel iniusti arbitrii, Judex, assumendo partes testatoris, id suppleat; Aut dicimus quod disponentis stare voluerit in rigorosa juris dispositione, ut nempe tertio nolente, vel non valente arbitrii, dispositio corruat; Et tunc quia dispositio nullam habet rationem, vel honestatem, intraret dispositio dicti §. si arbitratu; Verum in dubio, capienda est interpretatione in bonum, ut illsa legis fraude, voluntas disponentis, quantum fieri potest, adimplatur.

Licet enim Rota dicta *decis. 433. par. 1. diversorum*, hujusmodi suppletionem neget; Attamen id provenit, quoniam ibi agebatur de conditione posita in contractu, in praesenti autem agitur de ultima voluntate, ex diversitatis ratione in eadem decisione deducta; Hinc proinde vera videtur declaratio, qua hujusmodi præcepto datur, apud *Cape. Latr. consult. 63. num. 32.* ut nempe illud (expresâ voluntate non repugnante) intelligendum veniat, 34 quatenus legataria casualiter nubere velit, cum tunc, ob periculum, ne indignas nuptias contrahat, alterius consilium, vel consensu videatur jussi per testatorem desideratus; Secus autem, si vitam religiosam eligat, quoniam tunc cessat ratio, vel finis præcepti, ut etiam advertitur *sub tit. de dote.*

In dictis autem casibus, in quibus hujusmodi conditio, ratione temporis, vel loci, aut personarum, seu modi, valida de jure censeatur; Observandum est in primis, an per viam conditionis vel per viam modi adjecta sit, ad effectum, ut ille, in quem facta est dispositio, emolummentum percipere valat, nec ne; Si enim adjecta est per viam conditionis suspensiva, tunc certum est, quod ad implementum est præcisè necessarium, ac sine illo, dispositio non potest effectum sortiri; Ubi vero adjecta est per viam modi, tunc non impeditur vocatus ad consecutionem lucri obtinendam, neque præcisè cogitur ad adimplendum, sed sufficit non contraferre, atque se promptum exhibere, testatoris præceptum servare, quando præbebit occasio, ut in specie firmavit Rota in *Romania fideicommissi 21. Iunii 1652. coram Vero spio §. Huic autem decis. 83. par. II. rec.* ubi vocata fœmina ad fideicommissum, dummodo nubat in familia testatoris, dicitur tale præceptum importare modum non impedientem emolumenti affectionem.

Est bene verum, quod ubi agitur de dispositio ne pro dote, tunc ista inspectio videtur incongrua, quoniam; Aut agimus de dote debita ex necessitate, & ista non subfacit his conditionibus, vel præceptis; Aut ex liberalitate, & dum præsupponitur conditionalis, consequenter non est affectuosa, non impletâ conditione nuptiarum, etiam si alia conditio, vel qualitas nuptiis adjecta rejiciatur, quoniam, non per hoc ipsa nuptiarum conditio rejicitur; Ex duabus enim conditionibus, si una est infecta, non per hoc altera vitatur; Ideoque factò præcepto nubendi de consensu tertii, quamvis conditio alieni arbitrii in suis casibus habeat

habeatur pro non scripta, adhuc tamen subest necessitas adimplendi conditionem principalem nubendi, ut obseruat *Aespa dicta ultim limitatione*, ac sequuntur omnes absque controversia.

³⁷ Sed quoniam, Consilientium praesertim subtilitas, nil certum in hac facultate reliquit, atque illas sacrae sanctas morientes leges, quas etiam gentilitas, in causis non prohibitis, rigorose servavit, sere inutiles, ac elusorias rededit; Hinc proinde, si vero sunt limitationes, quae in ita materia tradis solent, supervacaneus labor est immorari circa præmissorum veritatem, an scilicet hujusmodi disponentium precepta obligent, nec ne, cum à communiter accidentibus Juris regulas omnino destruant limitationes, seu modifications, defuerit tradi solita, ut infra.

Primum enim id limitari solet, ubi puella non sit testamens, seu precepta conscientia; Secundo, ubi spreta conditione, vel præcepto, maritur de mandato parentum, vel aliorum, quibus reverentiam debet; Et tertio, ubi nubat in minori aetate, ob quam restitutio in integrum concedenda est ex plenè deductis in his terminis per *Menochium conf. 425 & 1083. Ciriaco conf. 451. Morot. conf. 97. Altoprad. conf. 77. vol. 2. Marcian. disput. 77. & Rot. decis. 493. par. 4. recent. tom. 2.*

Admissis etenim istis limitationibus, nunquam, vel nimium raro dari poterit casus in quo testator dispositio effectum fortius, eaque facilis negotio cludivalet; ut plurimum enim, pueræ sunt testamento ignorare, atque in minori aetate nubentes, vel ad voluntatem, ac placitum parentum, vel eorum, sub quorum educatione, & custodia reperiuntur, id agunt.

Hisaem ita simpliciter sumptis, nunquam intellectum captivare potui in obsequium tot, tantarumque auctoritatum, quibus Judices, vel de jure Respondentes deferre adstricti videntur; Deus enim, qui piissimus est pater omnium, atque fons misericordia, denegat vitam æternam invitato, carenti veste nuptiali, atque virginibus non ferentibus secum oleum in lampadibus, juxta parabolam Evangelii, quamvis ex imprudentia, & fragilitate id sequatur; Ideoque ubi quis hanc legem rei sua adjicere voluit, pro illius consequentia, tunc ille, qui non adimpleret, sibi imputet; Nulla enim fit injuria contravenienti, qui nil de suo amittit, sed quod alienum est, non assequitur, ob qualitatem à domino præscriptam que in eo desit; Cum enim testator rebus suis honestam legem adjicendo, voluerit ut illi tantum ad illarum assecutionem admittantur, qui legem servaverint; Hinc proinde non videtur quid prohibere debeat hujus voluntatis observantiam, dum observantia talis præcepti, est finis à testatore desideratus, atque absque isto, quoties rationabilis est, ac honestus, nulla naturalis, vel postivaria ratio exigere debet, ut res aliena, sine domini consensu, in aliud transeat;

Nil autem inter est, an contraventio sit ex spretu, vel fragilitate, quoniam sufficit, ut finis à disponente præscriptus, non adimplatur, cum non sit privatio juris proprii, sed non assequitio alieni; Idque indistincte verum videtur; Attamen in hereditatis causis, aliique dispositionibus, de quibus allegati Autores loquuntur, ob corum reverentiam id tutè affirmare non audeo, sed relinquō cogitandum.

Quidquid autem sit de veritate, in præmissis causis, Attamen in terminis dispositionis conditionis, ac merè gratuitæ in causam dotis, prædictæ limitationes nullatenus vera videntur, quoniam contraventio supponit matrimonium jam contractum,

Cand. de Luca P. I. de Testam.

quod sine dote per ita dispōnentem bene subsistit, & per quod puella est jam provisa, ideoque aliud limitationes non operentur, nisi contravenientem aliquendū provisam ditare, ac abundantius providere contra omnia principia; Aut enim puella legataria notitiam habuit legati, cum animo, ac determinatione acquirendi; Aut non; Si habuit, tunc non est excusabilis, quoniam sic sit habere notitiam lucri, atque illud acceptare, ita scientiam habere debuit oneris, seu præcepti, eidem acquisitioni annexi; Aut ignoravit, & cum tunc nunquam acquisitione sibi perfecte facta sit, hinc proinde nihil accedit.

Verum ubi id aliquam pateretur difficultatem, quoties commodum caducata, seu defacta conditionis, pertinet ad hæredem; Attamen indubitatum videtur, ut hæc dubitatio cesset, ubi datus sit particularis substitutus, quoniam cum ab infanti non adimplenta conditionis, statim jus quæsitum sit substituto, hinc proinde non intrat amplius restitutio, quæ dato etiam, quod minori detur adversus lucrum, non datur tamen cum damno, ac præjudicio tertii, ut ex Paris. conf. 19, num. 83, lib. 2. advertit *Odd. de restitutio. in integr. quer. 89. num. 12. & 43.* Et in proximi terminis Ecclesiæ, & pia cause non refutandæ aduersus non impletam conditionem *Rosa in Romana hereditatis 10. Decembbris 1655. coram Albegato §. Restitutio. decif. 105. par. 12. rec. edita in casu de quo ubi sit, defideicommiss. disc. 155.* aliosque ad hoc propositum cumulat *Capic. Larr. consult. 127. num. 8.*

Præsertim vero, si (ut frequentius accidit) substitutio sit de altera puella, in eandem causam dotis, quoniam tunc restitutio, quæ habet pro fundamento aequitatem, esset iniquitatis productiva, dum tolleret panem filiorum illum dando canibus, ita gratificando contravenientem provisam, in præjudicium non provisæ, quæ testatoris præceptum observare velit.

Elicher in his terminis contrarium teneat *Capic. Larr. consult. 127.* In eo tamen casu, substentabilis videtur ejus opinio, ob facti circumstantias, cum ageretur de puella virgine contrahente secundas nuptias, servatis legibus præscriptis à dotante, foliumque obstat objectum primi matrimonii contra dictas leges contracti, quod tanquam jam solutum, & non consummatum, probabiliter, ex beneficio restitutio, censeri poterat sublatum de medio, tanquam nunquam contractum, dum adhuc puella in ita virginali existendo, provisione indigebat, adeò ut res integra dici posset, cum in reliquis conclusiones non videantur subsistere.

Ea tamen limitatio aduersus dictam conclusiōnem servandæ conditionis, est firma; Ubi nempe, tempus, vel locus, aut persona, seu modus, in quibus conditio, vel præceptum versatur, indignitatem contineant, adeo ut conditionis implementum, indignas nuptias puella contrahere compellatur; Tunc enim, rejecta conditione qualificativa (firmâ tamen manente principali conditione nuptiarum) per istarum dignum implementum fit locus dispositioni; Vel ex præsumpta disponentis voluntate; Vel ex dispositione legis, turpes conditiones rejicientis, ad text. express. in l. cum ita 62. §. Videamus ff. de condit. & demonstrat. ubi communiter scribentes, de quibus *Menoch. conf. 425. ex num. 10. Sanchez dicto lib. 1. disput. 33. num. 11. Marcian. disputat. 77. num. 15. Rot. dicta decis. 493. par. 4. recentior. tom. 2 num. 43. & seqq.* Et est vera conclusio, quæ nullam in abstracto habere videtur difficultatem, quæ tantum vertitur in concreto,

O 2

quando

De LUCA
De
testamentis
et ceteris
GVI
9

quando nempe dicatur indigna persona per disponentem demandata, necne.

De hac verò indignitate actum habetur *sub tit. de Dote disc. 1. & 2. & 144.* Quamvis applicatio ita generaliter, ac indistincte sumpta, non videatur tutta, cum pariter de facili aperitur via eludendi disponentis voluntatem, ut in allegatis auctoritatibus legitur; Hinc proinde pro veritatis notitia, distinguendum videtur; Aut præceptum testatoris directum est ad certum locum, vel genus personarum, in quo verisimiliter æquales ac dignæ nuptiæ per disponentem cogitari potuerunt, quia nempe ex illo genere, vel in eo loco, multi adint æquales, & tunc præceptum est intelligendum de nuptiis dignis, eā dignitate, quæ totalem æqualitatem, quoad mores, ac nobilitatem, & ætatem, seu dicitas, ac formam respiciat, atque in his terminis rectè procedunt firmata per Menoch. & Marciandum, & alios ubi supra, præserim per Rotam in dicta Venuſina legati coram Coccino 493. par. 4 recent. tom. 2. Ut putat, præcepit testator pueræ magnati Neapolitanæ, ut nubat Nobili concivi, certè intelligendum est, deæquali, tam quoad nobilitatem, quam ætatem, yaledudinem, dicitas, & alia, quæ pro dignis nuptiis per Doctores solent desiderari, ob magnum numerum Procerum, & Magnatum in illa nobilitate existentium; Idque non tam ex dispositione legis, quam ex verisimili voluntate disponentis.

Idque etiam procedere dicendum est, si restringam esset præceptum ad certam familiam numerosam, in qua plures viri æquales reperiantur, de quibus probabiliter disponentis cogitare potuit; Puta, si mandetur pueræ magnati de familiis numerosis Carafa, Caracciola, Spinola, Doria, & similibus, ne extra familiam nubat, & sic similiter juxta personarum statum, & qualitatem.

Aut præceptum est directum ad certum genus, in quo disponentis rectè sciebat non esse personas in omnibus æquales, præsertim in dicitis, vel in magnatia qualitate; Et tunc exceptis illis casibus, in quibus, ex capite indignitatis, sperni potest præceptum directum ad certam, ac determinatam personam, ut in fratre; In reliquis, inæqualitas indignitatis non causat, quoniam testator eam sciens, remisso censetur; Puta si aliquis primarius Princeps Romanus precipiat filię, ne nubat extra suam familię, quæ in alia inferiori Civitate, vel etiam in Urbe, sed in privata, vel longe inferiori fortuna existat; Utique, vanum esset dicere, quod præceptum esset intelligendum de aquali in omnibus, quoniam notissimum erat disponenti, quod non de facili tunc reperiretur, vel in futurum probabiliter sperari posset, qui in dicitis, aliisque qualitatibus in dicta familia æqualis esset, sed cum talem prudens testator, mediante hoc matrimonio, pro familię decore, facere determinavit.

Prout etiam respectu ætatis id assverari potest, quoties testator omnium personarum illius generis tunc viventium notitiam habendo, ita disponat, quoniam ita sciens, ac volens, legati emolumenatum, ac lucrum cum viri inæqualitate per puellam, ex honore, ac laudabili fine voluit compensare; Ad instar illius donationis, quæ alias inter conjuges prohibita, ob inæqualitatem compensandam subfinetur.

Aut tandem præceptum est directum ad certam, & determinatam personam; & tunc; Aut indignitas resultat ex defectibus, pravisque animi qualitatibus; Aut ex defectibus nature, vel fortunæ; Primo casu, conditio tanquam turpis, recte speni potest, cum non valeat absque infamia, & dedecore,

legataria cum eo nuptias inire, atque in hoc sensu bene procedit opinio volentium, ut illæ tantum dicantur nuptiæ indignæ, quæ contrahentur cum persona, quæ turpi nota, & infamia affecta sit ex deductis *d. tit. de dote disc. 1. & 144.* Mali enim animos, quemadmodum sunt insanabiles, ita non compensabiles.

In secundo autem casu inæqualitatis ex defectu naturæ vel fortunæ; Aut hujusmodi defectus aderat de tempore dispositionis, adeò ut esset testatori cognitus; Aut non; Si non aderat, tunc videtur, ut hæc sit justa causa excusationis ab observantia præcepti, ex verisimiliter cessante disponentis voluntate, ob certam juris regulam, ut quælibet dispositio, intelligenda sit rebus in eodem statu permanentibus; Si verò defectus aderat, atque testatori cognitus, & tunc dicendum est illum fuisse remissum, atque cum dispositionis emolumento compensandum; Nisi inæqualitas adeò magna esset, quod dispositio, potius irrationali odium dignarum nuptiarum, quam alium honestum, ac rationabilem finem contineret, quod vix ad proximam deducibile videtur; Atque cum hac distinctione præmissa conclusio indignitatis intelligenda videtur, ne alia, factuas, ac ridiculas disponentium supremas voluntates reddat Juristarum subtilitas, ac legum rigorosa litteralis intelligentia, contra omnem rationem.

Dubitari etiam solet, an impedimentum juris Canonici ad matrimonium contrahendum, in dignitate causare dicatur, ita ut præceptum de nuptiis cum consanguineo, vel affine contrahendis, licet sperni valeat, & de quo pariter dictum est *d. disc. 1. & 144. de dote* Atque de hoc post Molin. Sanchez, Fontanell. Boff. & alios agit Capyc. Latr. consultat. 134. ubi referendo plures opiniones, recte loqui videtur; Aut enim agitur de tertio, & quarto gradu, in quibus faciliter dispensatio, quæ nemini denegatur, & tunc nulla ratio urget, cur testatoris præceptum sperni debeat; Aut agitur de primo, super quo nemini dispensatio conceditur, & tunc absque necessitate adhibendi diligentias, præceptum tanquam impossibile rejicitur; Aut agitur de secundo, in quo hodie, etiam inter privatos, dispensari solet, & tunc videtur idem dicendum, quod de tertio, & quarto, nisi qualitas personarum, seu regnantis Pontificis consuetudo, hujusmodi dispensationem probabiliter impossibile reddant.

In illis tamen casibus, in quibus conditio servanda est, exclusari videtur mulier contraveniens, si Princeps dispenseat, dictamque conditionem remittat, ut in puncto similium dispensationum Apostolicarum. *Ruin. conf. 189. sub num. 13. vol. 2. Rota pluries in allegata Romana, sive Comen. hæreditatis 26. Iurii 1647. coram Meltio.*

In reliquis autem, quando viro (cum quo matrimonium est contrahendum) decedente, vel recusante, seu mutantate statum, conditio habeatur pro impleta, & ad quid mulier teneatur, ut conditioni satisficeri dicatur, aliaque hujusmodi, bene tractant Sanchez, & Boffius ubi supra, qui in casus occurritia consulendi sunt; Atque de hac materia agitur etiam *sub tit. de matrimonio*, ubi habetur, quando si conditions ejus libertati præjudiciales habendæ sunt pro non scriptis, atque sperni valeant, necne;

Adeò ut ibi deducatur sive huic discursui communita, & conversio, quæ in hoc continentur, illi materia congruant.

† † †

BONO-